## Item de sancto Clemente. Sermo .l.

Vos similes hoibus expectantibus &c Lu. 12. Veritas inqt sicut scribitur Joh. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt Sicut ergo in domo superna vnus excedit aliu3 in gaudio sic hic in isto mundo aliquid accernit vnum qd non est pceptum reliquo vnde inquit beatus Greg9. Non vna eademq3 exhortatio cunctis congruit quia nec cunctos par armo3 qualitas astringit. nam q aliis obsunt aliis psunt quia plerūq3 herbe que hec aīalia nutriūt alia occidunt. et medicamentū qd vnū morbū minuit alteri vires auget. et panis qui vitam fortiū roborat paruulo3 necat: Vnde aliter loquimī peccatoribꝫ aliter penitentibꝫ aliter pficientibꝫ aliter perfectionem attingentibus: hec ille. Modo q3uis ab ore veritatis dictū sit sicut habetur Mar. 13. in fine ca. Qd vobis dico omnibus dico: tamen specialius loquitur ad prelatos. Vos similes &c.

Vos similes hominibus expectantibus dnm suum quando reuertatur a nuptiis Lu. 12. Duo sūt hic notanda. Primū est quis sit dns qui ad nuptias iuisse perhibetur. Secundū est a quibus et quomodo necesse sit vt eius aduentus expectetur B De primo nota q dns iste q ad nuptias iuit est ihesus xps Ipse enim testatur se esse dnm Joh. 13. ita dicēs ad discipulos suos. Vos vocatis me mgr et dne et bene dicitis sum etenim. Si ergo ego lauero vestros pedes dns et mgr et vos debetis alter alteri9 lauare pedes: exemplum enim do vobis vt quemadmodum ego fecerim vobis ita et vos faciatis. Ecce quid iniungat nobis dns nr beatus erit qui hoc fuerit executus: legitur etiam Joh. 21. q dns post resurrectionem sua3 a pparuisset in littore quibusdā discipulis in piscatura existentibus et illi eum non agnoscerent. discipulus ille quem diligebat ihesus dixit petro dns est. Symon aūt petrus cum audisset quia dns est tunica succinxit se: erat enim mundus. i. mundauerat se tunica quam tunc exuerat et misit se in mare. Ecce quantum dilexit petrus dnm: q videlicet exiliit de naue in mare vt citius veniret ad ipsum: alii enim discipuli nauigio venerunt. Iste ergo dns tunc ad nuptias iuit qn in ascensiōe celos ascendit vnde dicit Greg9. Ad nuptias dns abijt qn resurgēs a mortuis ascendens in celum supernam sibi angelorum multitudinem nou9 homo copulauit. Et nota q dns electis hominibus copulatus est tripliciter: angelis vero dupliciter. Sanctis enim hominibus dns copulatus est per idemptitatem nature: dicit enim apostolus ad Heb. 2. Q dns nusq3 angelos apprehendit sed semen abrahe apprehendit humanam videlicet naturam assumens Copulatus est

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0198
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG